

Beiheft

2

S 104

1234 Sept. 22 Varlar.

[20  
104

Otto, Edelherr in Horstmar, schenkt dem Kloster Varlar das Gut Ruttwick.

Otto castellanus in Horstmare universis Christi fidelibus praesentem paginam inspecturis salutem in Domino. Ab humana facilius elabuntur memoria, quae nec scripto nec voce testium aeternantur. Sciant igitur tam posteri quam praesentes, quod ego Deo bonis a eo mihi collatis quoddam praedium, quod dicitur Ruttwick, pro salute animae meae dilectae mihi ecclesiae Varlarensi benigne contuli et liberaliter assignavi nullis haereditis obstaculo refragante. Insuper uxor mea Aleidis huic facto devote consensit et favorabiliter acquievit. Hoc etiam constanter desidero, quod idem praedium ab omni advocati gravamine sit liberum et immune. Itaque ne aliquae reprobrorum calumnia hoc factum infirmare praesumat, praesentem paginam mei sigilli munimine roboravi et hanc donationem proborum virorum testimonio confirmavi. Huius rei testes sunt hi, quorum hic nomina continentur: Fredericus praepositus Varlarensis, Wernerus prior, Remboldus custos praefatae ecclesiae, Arnoldus Bascinh, Hermannus de Hortolo et frater eius Bernardus, Ludolphus Stortekuhle et alii quam plures. Quicumque vero tam rationabile factum in irritum revocare contenderit, cum Ananya et Saphyra dignam recipiat portionem; haec autem scripta servantibus benigne sit pax in Domino et bonorum suorum gaudeant incremento. Acta sunt haec anno incarnationis dominicae M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXXIII, X. Kldas. Octobris. Datum in Varlar.

Kopie im Varlarer Kopiar S. 51.